



## Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris  
Theologi, Academiæ Parrhisie[n]sis**

**Clicthove, Josse**

**[Köln], 1525**

**VD16 C 4189**

Qvam graue sit malu[m], monastica[m] uita[m] p[ro]fessum, co[n]tra eius  
uota & instituta scriptis pugnare Cap. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36183**

# ANTILVTHÉ

RI, LIBER TERTIVS: VOTORVM MO-  
naстicorum perpetuam stabilitatem assertens, profes-  
sionisq; coenobiticæ institutum, laudabile esse &  
probatissimum, demonstrans.

**¶** Quā graue sit malū: monasticam uitā professum, cō-  
tra eiusuota & instituta scriptis pugnare. **Cap. I.**



LEROSQVE EST INVENIRE  
usque adeo in malorum profundū demer-  
fos, ut cum tetur aliquid facinus admis-  
erint & graue piaculum: non modo suam nō  
agnoscant iniquitatē aut illius ducātur pce  
nitidine, sed & eam insuper defendāt, uer  
baq; concinnēt ad excusandas excusatiōes  
in peccatis, immo contendant se nihil mali  
egisse: sed bonum opus cōmendationēq; dignum, ad quod alij p-  
suadendū: adductis undecūq; rationib; totis neruis annituntur.  
Quēadmodū solent interdū occurrere, qui cū iejunium ecclesia-  
sticū soluerint ut carni indulgeāt: primū extenuāt apud alios id eo  
rum factū: dānantes iejunij obseruationē. causantes iejunium esse  
minimū honorū operū quod deo possit exhiberi: & inter omnia,  
postremo reponendū loco, quo uideatur eius solutio: modica esse  
aut minima praeuaricatio. **Quod tamē eoꝝ dictū, omnino uerita-**  
**tati aduersatur, & Christianæ religionis pietati.** quādoquidē quāto  
difficilius factū est opus aliquod & laboriosius, afflīctiuūq; magis:  
tāto melius est (ubiq; reliqua omnia pari se habēt modo) & utilius,  
deoꝝ acceptius. **A**tqui longe molestius est & grauius homini ieju-  
niū: q; nōnulla alia oþa bona, quod in ipso, intraneā corporis afflictio  
nē nobis ipsis interrogamus. **A**dde, quod ad refrenandā carnis petulā-  
tiā, multo ppinqui⁹ & uicinius cōducat iejunū: q; alia bonoꝝ ope-  
rū exercitia. Ea aūt carnalis lasciuiae repression, cū primis est nobis  
necessaria: ut spiritus cōualescat. sibiꝝ carnē subigat. **¶** **A**lios inue-  
nias: qui admoniti ab amicis nō recte solui ab eis iejunia, authori-  
tate ecclesiæ constituta: protinus ora laxant in maledicentiā. obie-  
ctantes

iejunij cōmē  
datio.

**L** II.

ctantes

## LIBER TERTIVS

Etantes iniquā esse & crudelē, illā ecclesiæ sanctiōne de ieunio obseruādis, multosq; ob illā incurtere aduersā ualitudinē, cerebriq; leſionē & mētis deliriū: q; debita naturę alimēta subduxerit atq; summonerit. Quid rogo de illis ferēdū ē iudicij? nōne ipsos grauissimo animi morbo laborare: quo dānant utilissima salutis humanae p̄fida, pie & sancte instituta, q; suis aduersa sint cupiditatibus? Haud dissimili ratione si quis uentri indulgens, feria sexta hebdomadæ, memoriae dñicæ passionis peculiariter dedicata: aut in ipſa quadra gesimauet catur carnibus, contra legitimū ecclesiæ morem. & ob huiusmodi transgressionem increpatuſ ab ijs qui salutis anima eipsius flagrant desiderio, respondeat nō modo quicquā mali se nō admisiſſe; sed & bonum opus exercuisse, ecclesiasticos uero principes grauiter deliquisse: q; hisce diebus eſum carniū interdixerint. Proptereā enim prohibitionē, cōplures in suā incolumitatis incidere dispēdiū; & grauiū morbos & materiā inde cōtrahere. Nonne is ipse (si quis talis fuerit) os est & organū diaboli, & apertus satanæ præco: oblatans uoce sacrilega & impia in sanctā ecclesiā & sacras eius leges? ¶ Quod si quis in maiorem prorūpens infaniam, librū ædat: blando uerborū lenocinio, & suaui elegātia sermonis reſpersum (ut aucupis more, illecebris illis fallat incautos: & melle cūlītū instillet animis uenemū) in quo totis contendat uitribus, perperā ab ecclesia interdictū esse certis diebus eſum carniū: et iniq; indictā ieunio & obseruantia, ut non ſolū ipſe decidat in barathru iniquitatis: ſed & plures alios ſecū pernicioſa illa persuasionē p̄cipiēt in illud. minusq; peccare ſibi uideat: q; plurimos alios illis uerborū p̄ſtigij phaleratiſq; rhetorico lepore ſcriptis, in eandē ſententiā adductos, eiudē criminis habeat cōſortes atq; participes: unde grauiores ſibi exageret dānationē, quid de eo censendū putes? Nonne in eo ſuo opere præcursor uidetur antichristi: & publico hoſtis ecclesiæ? nonne etiā idē, affectator Epicuri, assertorq; uoluptatis habendus eſt: & Christianismi subsannator? ¶ Sed q̄ ſum hec certe ut ſuis Lütherum depingamus coloribus: quibus eſt dignus, ob æditū in lucem librum pestilentē ſupra modū & exitialem, quē inscripsit (ut titulus ipſe prodit) de uotis monasticis. Is enim (quem admodum de ſe ibidem ſcribit) poſtq; ſolenni professiōe aſſumptā cucullam monasticam ſexdecim annos tulerat, in domo religioſa.

cum

cum alijs fratribus suis uictitās: nō modo deinde papostasiā exuit eam, abiecitq; (ut uulgo aiunt) in urticā: protestatus se ampli<sup>o</sup> nulli hominū esse subiectū, nec abbati, nec episcopo, nec papae: sed soli deo, cui tamē uere non fuit subiectus: quādiu præpositis ecclesia sticis fuerit rebellis & contumax. ueq; etiā libellū p̄dictū emisit in publicū: maxime omniū perniciosum. In quo totū ordinē monasti cū molitur euertere, triaq; eius p̄cipua uota, uniuersæ professionis regularis fulcrā ac bases: omnino cōuellere, ostendereq; illa nō debere esse in omne uitæ tēpus reliquū obligatoria cōnitit: sed libera et tertia. ut cuiq; cū libuerit, liceat ab eis resilire: atq; ad uitā secula rem abiecto habitu monastico reuerti. Sanctitate p̄terea uitę con spicuos Hieronymū et Bernardū, ordinisq; facri fratru minoꝝ patrē primariū Franciscū, grauissimis incessit cōtumeljū: qđ id uitæ genusei inuisum instituerint, obseruauerint, et scriptis suis cōmen dauerint. Sic sane posuit in cælū os suū Luther<sup>o</sup>: et lingua eius trā sicut in terra. Insuper totū suū studiū ibidē cōuertit in hūc finē: ut **Psal. 72.**

testimonij scriptura p̄p̄erā intellectis, et (ut mos illi frequēs ē) in cōgrue ad rē p̄positā applicatis, cōgestisq; undecūq; rōib<sup>o</sup>: cōmon strēt tria illa p̄cipua uota, obediētq; castitatis, & paupertatis repugna re orthodoxæ fidei, libertati Christianæ, recte itidē rationi, diuinisq; p̄ceptis, tanq; suscitata cōiuratione omnino cōspirauerit in totū ordinē monasticū, ipse transfuga: animoq; cōstituerit, illū si possit ē mūdo sustollere, machinisq; & telis literarīs oia religionū mona sterialiū genera expugnare ac diruere. ¶ Cæterę in hac tāta im. p. v.

bitate (sicut & in alijs pmultis) ipse Lutherus mores imitatur au tos: suūq; sequitur Viclefum, qui cū simili insania debacchatus est in religionē mōasticā & eius cultores: quēadmodū ex nōnullis ei<sup>o</sup> articulis cōstat, in concilio Cōstantiensi dānatis. quorū uicefimus secundus est. Sancti instituentes religiones priuatas: sic instituēdo peccauerunt. Vicesimus tertius. Religiosi uiuentes in religionib<sup>o</sup> priuatis: non sunt de religione Christiana. Tricesimus primus. Peccant fundantes claustra: & ingrediētes siūt uiri diabolici. Qua dragesimus quintus. Omnes religiones: indifferenter introductæ sunt à diabolo. Omitto ex industria & alios nō minus impios, eiusdē materiæ articulos Viclefianos; ex actis sacroſanctæ synodi Cōstantiensis facile cuiq; obuios in promptu, et ad manum patentes.

L 2 Ex qui-

Viclefus reli gionū hostis

## LIBER TERTIVS.

Ex quibus perspicuum evadit: Lutherum inde tetur hauiisse vitus,  
quod libelli sui de uotis monasticis aeditione, totū dispersit in orbe.  
**Q**uia si solius damnatione contentus Lutherus, desertor fuisset  
suæ coenobiticæ professionis ac præuator, cæterosq; suis scri-  
ptis non induxisset ad imitandum suæ perueritatis exemplu: tolera-  
bilius quidē et minus graue esset id malum, quo solus periret in suo  
scelere. Nūc uero cū execrabilis imprecatioē deuouet omnia mona-  
steria, cū detestat id uitę genus tanq; diuinis præceptis cōtrarium,  
cū deniq; prolato in publicū libro, quibuscumq; potest uijs alios in-  
ducit in apostasiam & defectionē à religiōe suscepita: enitens omni-  
bus persuadere nō posse quē piā se astringere deo per uotū perpe-  
tuo obligatorium: lōge grauiorē sibi parat damnationē, & tantoq;  
dē futurā (nisi resipiscat) acerbiorē: quāto plures, libri illius lectioē  
fuerint cōtaminati, & ad id tentandū quod suadet: impulsū. **Q**uā-  
uis em̄ multitudine eorū q̄s in suā pertrahere conat sententiā, aut  
existimet desertiōis suæ p̄ctiū minus fore, aut forte nullū teāq; fre-  
tus & ductus spe, retia tetenderit insidiosa quibus multos secū il-  
laqueat. contra tamē eo magis adaugebit & increaserit eius malum:  
quo plures suorū lectione scriptorū secū inuoluerit in ruinā. ¶ **V**I  
igitur huic pestifero ueneno, tabicq; uirulentæ paremus antidotū:  
elaborabim⁹ in præsenti libro stabilire proutibus, monasticæ pro-  
fessionis uitā ac mores. uotorumq; iudicationē et obligationē perpe-  
tuam, esse rationabile oñdere: tanq; scripturæ sacræ sanctorumq;  
patrū sentētijs apprime consentaneā. Deinde machinamēta ratio-  
nū, sagittas & spicula quibus confodere nititur & destruere uo-  
torum stabilitatem, totum' que uitæ monasticæ genus euelle-  
re: & affereamus in medium, et pro nostra facultate diluemus atq;  
re: undemus. **N**eç patrum afferent ad hæc nostra molimina adiu-  
mentū, ea quæ superioribus annis conscripsimus in libello de lau-  
de monasticæ religionis. ubi de eius exordio, progressu, atq; incre-  
mento, ex sacrarū literarū testimonij, sanctorumq; patrū dictis,  
nonnulla edisseruimus: quæ huic nostrō multū cōducent institu-  
to. Cæterū id unū hic præcognitū esse uolumus et præmonitum:  
nos in toto hoc libro, nomine religiosorū monasticæq; uitæ culto-  
rum: accipere omnes et singulos cuiusvis sexus, ordinis et professi-  
onis monasterialis: qui sub regulati disciplina per ecclesiam appro-  
bata,

bata, triumq; uotorum monachalium æditiæ degunt in domibus  
cenobiticis, siue possessiones habeat: pro suæ communitatis suste-  
tatione, siue illis careant: mendicitatem uoluntariam amplexi, quo  
cunq; etiam nomine peculiari nuncupentur.

**E**x ueteris & noui testameti scriptura, solidū haberi testi-  
moniū: q; liceat, cōmendabileq; sit, uota facere deo. **Cap. II.**

**R**imo omniū, ut totius religionis monasticæ funda-  
mentū (cui illa potissimū innititur) effodiat **Luthe-**  
**rus** & demoliat: uouendi in monasterijs morem  
conditionemq; improbat, obiectas eam: saluti ani-  
mæ admodū esse periculosam, quoniā res est (in-  
quit) sine authoritate & exemplo scripturæ. **Sed** et ecclesia primi  
tiua & nouū testamentū: ignorant in totū, uouendæ cuiuscūq; rei  
usum: nedum probant perpetuum hoc uoti genus rarissimē & mi-  
raculosæ castitatis. **E**t enim merum(ait) & perniciosum hominū  
inuentū: cuiusmodi sunt omnia alia per homines inuēta. **Hæc Lu-**  
**therus.** **V**erū illi ostendendū est aperto scripturæ testimonio: uo-  
uendi deo rem quā piā usum, admodū probari. **I**n primis, **Jacob**  
cū præcepto patris obediens proficeretur in **Mesopotamiam**, ui-  
dissetq; in somnis scalam in calum eretam: experrectus & attoni-  
tus tanti insomnij miraculo, inter cætera piæ religionis opera quæ  
ibi gessit: uotum uouit domino dicens. **S**i fuerit dominus meū, &  
custodierit me in uia per quā ego ambulo: & dederit mihi panem  
ad uescendū & uestimentū ad induendū, reuersusq; fuero prospe-  
re ad domū patris mei: erit mihi dominus in deū, & lapis iste quē  
erexi in titulu: uocabiſ domus dei, cunctorumq; quæ dederis mi-  
hi: decimas offeram tibi. **R**ursum, in libro **Numeri** cap. sexto,  
declarat dominus **Moysi**: quo uiuendi titu & more, **Nazaræus** q  
ad certū tempus uoto se astrinxerit, uti debeat oīnibus diebus suę  
separatiōis à communi hominū uictu: dicens, **V**ir siue mulier cū  
fecerint uotum ut sanctificantur, & se uoluerint domino consecra-  
ret: à uino & omni qd inebriare potest, abstinebunt. **V**bi manifeste  
approbat id uoti genus: cuius obseruandi rationē & modū patefa-  
cit. **I**nsuper eiusdē libri tricesimo capite, particulatim explicat dñs: **Num. 30**  
quando uit siue mulier facto uoto, obstringitur ad illud reddendū,  
& quando non: id in primis proponēs. **S**i quis uitorum, uotū dño

**L** 3 uouerit,

**Gene. 28**

**Num. 6**

**Num. 30**